19. 7. 1562

# Articuli de Sacramento Ordinis per Theologos examinandi an hæretici sint, uel erronei, uel Schismatici, uel scandalosi, et a S. Synodo damnandi



(8)

Ar. 1. Ordinem non esse Sacramentũ, sed ritũ quendam eligendi, et constituendi ministros uerbi, et Sacramentorum

2 Ordinem non esse Sacramentũ, sed potius figmentũ humanum excogitatum a uiris rerum Ecclesiasticarum imperitis

3 Ordinem non esse unum Sacramentũ: nec infimos, et medios ordines uelut gradus quosdam tendere in Sacerdotij ordinem

4 Nullam esse Ecclesiasticam Hyerarchiam, sed omnes Christianos ex æquo esse sacerdotes: et ad usum, seu executionem opus esse uocatione Magistratus, et consensu populi Et qui sacerdos semel fit, eum laicum rursus posse fieri

5 Non esse in nouo Testamento sacerdotiũ uisibile, et externũ neq; potestatem aliquam spũalem, siue ad consecrandũ Corpus et sanguinem Dñi, siue ad offerendũ, siue ad absoluendum coram Deo a peccatis. sed officium tantum, et ministerium prædicandi Euangelium; et eos qui non prædicant, prorsus non esse sacerdotes

6 Unctionem non solum non requiri in ordinũ traditione sed esse perniciosam, et contemnendam. Similiter et omnes alias Cæremonias: et per Ordinationem non conferri spiritum-sanctum; proinde impertinenter, cum ordinant dicere ACCIPITE SPIRITUM-SANCTUM

7 Episcopos non esse Presbyteris superiores, neq; habere ius ordinandi: aut si habeant, id illis esse cõmune cum presbyteris. Ordinationes q; ab ipsis factas sine plebis consensu, irritas esse

UGR Biblioteca Universitaria

Ar.li isti septem de ordine fuerũt diuisi in tres classes. P.a cla-
ssis cõplectebat tres primos Articulos. 2a. duos sequẽtes. 3a
vero duos Vltimos, et in vnaquaqz classe dixerũt .15. Theologi
suas sentias iuxta ordinẽ quẽ alias habes, Et idem ordo
seruatus est in ar.lis de matrimo.o In his tñ alij theologi dixerũt
oẽs aũt qui suas sentias protulerũt fuerũt numero .90. quorũ
noia et ordinẽ quo dixerũt hẽs alibi. Ego dixi octauus
in 3a. classe de sacra.to ordinis super duos Vltimos ar.los
et q̃ nobis fuit a Rmis legatis max.e cõmẽdata breuitas
et proprietas, item et ne dicta semel ab alijs referemus, ego de 6
Ar.lo nihil dixi, q̃ multa erãt iam dicta q̃ ego sentias
meam ptuli - et circa 7m ar.lũ solum tractaui p.a ~~[illegible]~~
illius parte, et hanc fusius q̃ cogitaui a principio, quia
audiui aliqua ab alijs q ante me dixerũt quibus oportuit
et respõdere et obuiam ire ne Veritas sepulta maneret
ut clarius poterit cognosci ex lectione mea q̃ sequitur in
hunc modum.

UGR Biblioteca Universitaria